

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

*SCARLATINA ANGINOSA.*

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

SCARLATINA ANGINOSA

1844

ANNO 1844

Ex Assensu Reverendi scholastici Viri

D. GEORGIUS HORNBERGII M.D.

ACADEMIAE EDINBURGENSIS PRAELECTI

PRO GRADU

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensus

ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE

Digitized by the Internet Archive  
in 2020 with funding from  
Wellcome Library

Studiorum examini subicit

JACOBUS BREMER

SCOTO-PRAELECTUS

EDINBURGUS: BOG ANG. WED. KOB. SEN. EXTRACTO

ET SOCIETATIS STUDIORUM TRES ANNUIS

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis

EDINBURGUS

EXCUDENTIBUS C. STEWART ET SOCIIS

ACADEMIAE TYPOGRAPHIS

M DCCC



DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

*SCARLATINA ANGINOSA:*

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;

Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

*PRO GRADU DOCTORIS,*

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JACOBUS BREMNER,

SCOTO-BRITANNUS;

CHIRURGUS; SOC. REG. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.  
ET SOC. NAT. STUDIOS. PRAESES ANNUUS.

---

---

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

---

---

EDINBURGI:

EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCIJ,  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

M DCCC.

DISSERTATIO  
VIRI INGENUOSI

INVAUORALIS

ANDREW WOOD

SECRETARIA ANATOMIA  
SOC. REG. CHIR. ED. SOC.

DEAM

SUO PRINCIPALI MEDICINA PRAECEPTORI

DE ANATOMIA PRINCIPALI PRAECEPTORI

B. GEORGI BAIRD B.S.T.  
RECENSI

ACADEMIAE SCIENTIARUM PHILADELPHIAE

DANIEL RUTHERFORD

PROFESSORIS ANATOMIAE IN ACADEMIA EDINBURGHENSIS

PRO CANADAE DOCTOR

PROFESSORIS BOTANICAE IN ACADEMIA EDINBURGHENSIS

ERUDITIONE VARIA

JACOBUS BRIMMER

PROFESSORIS ANATOMIAE IN ACADEMIA EDINBURGHENSIS

ANATOMIAE, QUAE DICITUR, OBSERVANTIA

OFFERT

JACOBUS BRIMMER

IN LUCE



VIRO INGENIOSO,

A N D R E Æ W O O D,

SOC. REG. CHIR. ED. SOC.

SUO PRIMO IN MEDICINA PRÆCEPTORI;

NECNON

DANIELI RUTHERFORD,

IN ACADEMIA EDINENSI

BOTANICES PROFESSORI,

ERUDITIONE VARIA

INSIGNI:

HOCCE TENTAMEN,

EA, QUA DECET, OBSERVANTIA

OFFERT

JACOBUS BREMNER.

VIRO INGENIOSO,

ANDREW WOOD,

DISSERTATIO

SUB PRINCIPALIUS USU ALIQUA RECEPTORI;

DE  
RECIPIENDO

SCARLATINAE ANGINOSAE  
DANIELI RUTHERFORD,

IN ACADEMIA RUDIMENSI

PROFESSORE PRAECEPTORE

EXPOSITIONE VARIA

MORBI INFERNI;

SCARLATINAE ANGINOSAE, ET MORBI INFERNI  
APERTUM, ET DIFFERENTIAM MEDICINAM  
DIGNA HABERE EST. TUNC QUONIAM IN  
RE, QUIBUS TALE SITUS, ET PROPRIETATEM  
QUE AD MORBEM IDENTICO TERTIO, DESCRIBITUR.  
TANTA QUA TANTO IN HISPANIA OCCURIT, UT IN  
JACOBO BREWER.

MADEIRA . A



DISSERTATIO MEDICA.

INAUGURALIS,

DE

*SCARLATINA ANGINOSA.*

---

AUCTORE JACOBO BREMNER.

---

MORBI HISTORIA.

SCARLATINA anginosa, ex tempore, quo primum apparuit, attentione ac investigatione medicorum digna habita est; cum propter gravia symptomata, quibus sæpe stipatur, tum propter rapidum, quo ad mortem identidem festinat, decursum. Prima ejus mentio in Hispania occurrit, ubi, in eunte seculo decimo sexto, orta summa cum

A

malignitate



malignitate grassata est : unde per totum fere id ævum diversis temporibus recrudit, paulatimque varias Europæ plagas perlustravit.

Febris eruptiva, angina stipata, quæ, anno millesimo sexingentesimo octogesimo nono, Londinum infestavit, a Mortono describitur ; et, quamvis eum cum morbillis confudisse videatur, tamen eundem fuisse morbum ac quem sum descripturus, vix dubitandum est.

Ex hoc tempore tamen de ea silent scriptores, usque ad trigesimum hujusce seculi annum, primamque accuratam ejus historiam, prout anno millesimo, septingentesimo, trigesimo nono, Londini invaluit, tradidit clarus medicus Fothergill. Ab ea tempestate subinde prodiit plus minus maligna, atque plerasque hujus insulæ partes australes peragravit ; verum tantum intra paucos quidem annos ejusdem septentrionales quoque regiones visitavit. Totius fere anni spatium Edinburgi viciniam præsertim afflixit ; et quoniam quotidiana ejus exempla nuper occurrerunt, morbum attente observandi crebrae mihi opportunitates sunt oblatae. Nequis igitur, obsecro, mihi vitio



vitio vertat generalia magisque usitata morbi symptomata exposituro, quod solummodo meimetipsum observationes sequar, et varietates exempla que ejus singularia, quorum mentionem faciunt scriptores, levi tantum digito attingam.

### MORBI NOTÆ.

Prius quam morbi symptomata enumerare incipiam, cœli statum ante morbi accessionem, et dum perstabat, animadvertere, haud alienum videtur. Tamen illum quod attinet, nihil præter solitum fuit; et, quamvis forsan febris esset gravior calidis tempestatibus quam aliis, tamen morbi exemplorum numerus, ubi malignam formam induit hieme, hujusmodi numero æstate, fere equalis erat, rata portione majoris morbi frequentia æstate quam hieme. Epidemice grassari cœpit mense Maio, anni millesimi, septingentesimi et nonagesimi octavi, sed præcipue infestus erat infantibus, et magis magisque circa mensem Junium vehemens factus est. Deinde mulieres adortus  
est,



est ; eas autem, præ cæteris, quæ, dum infantum auxilio administrabant, fere constanter contagio obnoxia fuerunt. Admodum pauci mares morbo plexi sunt, si eos excipias, qui plurimi eodem loco confertim congregari coacti, cæterasque ob causas ad morbum valde opportuni redditi, sunt. Cujus exemplum accidit militum cohorti in præsidio hujus loci diversanti, quorum multos acerrime invasit morbus. In ætate adultis non adeo frequenter ac in infantibus prodiit eruptio ; alioquin symptomata eadem erunt. Sæpe primam morbi accessionem videndi nulla mihi oblata opportunitas ; verum quantum ex aliorum narratione colligere potui, modus, quo inchoavit morbus, tantummodo pro symptomatum sequentium primariorum diversitate, vel absentia, varius fuit. Incepit accessio frigore atque tremore, quibus brevi succedit calor auctus ; postquam hæc aliquamdiu inter sese alternaverint, calor tandem permanet. Capitis deinde dolor ; dolor rigiditasque secundum posticam cervicis partem, molestus circa fauces sensus, una cum difficili deglutitione, ægrum affligebant. Vomitus et diarrhœa quoque plerumque



plerumque aderant. Faucibus inspectis, tonsilla, velum et uvula haud parum tumida reperta sunt, et, una cum omnibus partibus vicinis, vividi, læti, coccinei coloris fuerunt. Ejusdem coloris participes fuit lingua, nisi in media ejus parte, ubi potissimum fuit alba, et reliquis suis partibus adeo dissimilis ut vel ex hoc solum distingui potuerit morbus. Interdum autem lingua dura, fusca, arida crusta obducta fuit, ore et faucibus internis interea admodum adustis. Circa tertium quartumve diem, vel citius, cinerei coloris maculae tonsillas, velum et uvulam distinguentes, sæpius autem in angulo uvulam inter et palatum delitescentes, repertæ sunt. Eodem fere tempore quoque, efflorescentia vividi coccinei coloris, quæ, primum qua cutis fuit tenerrima, sese prodiderat, universam corporis superficiem obsedit; quæ tamen ad extremitates semper erat coloris magis fusci. Maxima ex parte pedes manusque, interdum autem manifesto universa cutis, tuebant. Rubor, ut in Erysipelate evenit, quum digito premeretur, magis pallidus fiebat.

Cutis

Cutis calor admodum intensus, pulsus plerumque celerrimus, et principio aliquando solito durior, fuerunt. Ægri plurimum oppressi videbantur, atque molestia per universum corpus, et debilitatis sensu, afficiebantur. Vultus rubicundus, oculi suffusi, fuere. Nullos animadverti, qui siti multum laborare videbantur; etiamque quamvis partes intra os admodum arebant, liquida ingerere vix adduci potuerunt, forsan propter motus averfationem ægerrime superandam. Propter eandem forsan causam interroganti respondere nolebant. Majorem morbi exemplorum insignis stupor comitatus est, et in nonnullis, difficultas urinam reddendi, vel etiam perfecta stranguria, præsertim principio, accidit. Hujusmodi exempli, ubi ad *catheterem* sæpe decurrere necesse erat, mentionem facit Dr. Clark.\* Diarrhœa, quæ in primo morbi stadio occurrerat, in infantibus per omnem febris tenorem interdum persistabat; in adultis tamen, alvus plerumque tarda fuit. Omnia symptompta ingravescebant adventu noctis, quam æger, si juvenis erat, plerumque inquietus

\*Clark on fevers; page 230.



inquietus degebat, neque immunis delirii, quod tamen cæterorum symptomatum magnitudo minime indicabat. Glandularum maxillarium tumores non raro occurrebant; et quamvis, in plerisque casibus, febre decedente, detumebant, tamen subinde in suppurationem desinere observati sunt. In manuum et pedum digitis quoque, inque plantis pedum, interdum subortæ sunt vesicæ, viscidam flavam materiem, puris instar, continentem, quæ postquam ruptæ sunt, dolentes partium subjectarum ulcerationes reliquere. Interdum postquam omnia symptomata febrilia evanuerant, parotidum tumores, levem febrem reducentes, orti sunt. Utcunque molestum hoc fuit, tales tumores tamen plerumque brevi subsidere, raroque, si unquam, suppuratione finire observati sunt.

Anasarca universi corporis hujus febris frequens sequela est; quæ autem, ritè tractata, cito decedit.

In quodam exemplo, ubi status symptomatum corticis Peruviani et vini usum deposcebat, decimo quinto a febris initio die, æger peripneumonia affectus

fectus est ; et quamvis cortex et vinum omittebantur, tamen ad sanguinis detractionem decurrere necesse fuit.

Plurimis, dum convalescebant, extremitates doloribus rheumaticis, una cum aliquo artuum tumore, affecti sunt ; caloris autem et quietis ope, ad pristinum sanitatis statum brevi reducti sunt.

Hujusmodi in longe plerisque exemplis tenorem observavit morbus. Symptomata plerumque sex septemve dies, vel etiam diutius, vehementia persistabant ; citum, autem, et felicem exitum indicabant sudor in summo corpore paulatim erumpens ; cutis calor magis temperatus ; efflorescentia pallidior facta ; cuticula in squamas, modo parvas, modo magnas, abiens ; maculae circa fauces evanescentes ; partesque subjectae faciem sanitatis pristinam iterum nactae ; partium vicinarum rubedo et tumor deglutionisque difficultas in melius versa ; demum pulsus mollitiei justaeque velocitatis recuperatio. In multis exemplis pulsus ad normam justam, vel etiam infraeam, mirum in modum subito descendit.



In puero, duodecim annos nato, pulsus, qui non viginti quatuor horas antea intra minuti spatium centies et vicies micarat, postea tantum quinquagies et quater intra idem temporis spatium vibrabat.

Magis malignam Scarlatinæ anginosæ formam indicabant symptomatum prægressorum vehementia; summa usque ab initio debilitas; vertigo et ad animi deliquium, quum erectus sedere conaretur æger, proclivitas; respiratio laboriosa et concitata; pulsus celerrimus, parvus, debilisque, interdum non numerandus, et admodum irregularis; maculae circa fauces coloris fusci vel nigricantis, una cum non parvo partium etiam externarum tumore; efflorescentia coloris coccinei non tam vividi ac aliter, potius autem inter purpureum et nigrum medii. Cutis calor raro æque intensus erat ac in forma morbi magis inflammatoria, humorque viscidus summum corpus obducebat. Porro crebra diarrhœa hoc tempore aegros vexabat; dejectiones parvæ, admodum fœtidæ, coloris subviridis, vel nigricantis fuerunt, sæpeque

cum

cum urina, inconscio ægro, elapsæ sunt. Morbum quoque comitatum est delirium interdum vehemens, plerumque autem mullitans, unde per minimum horæ spatium excitari potuere, sed fere statim postea sibi relictis in eundem redibant stuporem.

Verum notam formæ morbi malignæ maxime insignem exhibuit vultus, qui, ut ita dixerim, dormientis oculis apertis instar erat; oculi hebetes, languidi, rubicundi, et aqua suffusi, fuere.

Sic sæpe aliquot dies manebant, donec, magis magisque lethargici in dies facti, maculis huc illuc serpentibus, anima fætente, dentibusque viscida nigra materia obductis, tandem fato functi sunt. Quidam ægri tumores magnitudine suffocati sunt, aliis autem magni abscessus circa fauces formati, et introrsum rupti, subito exitio fuere. Hujusmodi exemplum nunquam ipse observavi, sed huic epidemico sæpius usu venisse aliunde certior factus sum.

Exemplorum mentionem faciunt scriptores ubi ad œsophagum et tracheam propagatus est morbus, ægrique eodem modo, quo Cynanche

Tracheali



Tracheali laborantes, e medio sublatis sunt. Præterea traduntur morbi historiæ ubi ulcera profunde penetrarunt, et forsan aliquem non parvum rammum arteriarum eroserunt, atque sic immodica a naribus et ore sanguinis profluvia ægris repertinam attulisse mortem, affirmantur.

Omniū morbi varietatum mentionem facere, multo magis rationem reddere, impossibile foret; ullum symptoma in omni casu perpetuum fuisse vix credo. Tamen notatu dignum videtur, morbum cum angina conjunctum, sed absque eruptione, et vice versa, existere posse; exempla que mihi occurrerunt quæ nullæ aliæ notæ insigniebant nisi rubedo faucium, pungens cutis calor, et quamvis nulla eruptio fuisset, cuticula secedens inque squamas abiens.

Ubi eruptionis mentionem feci, efflorescentiæ nomine usus sum, quia plerumque diffusa erat, erysipelasque totius faciei referebat. Eruptio tamen valde varia est; interdum enim manifesto pustulosa cutem peculiari scabritie afficit; interdum macularum formam induit, cutisque interjecta coloris naturalis esse observatur.

Dr Sims, medicus Londinensis, hujusmodi eruptionis formæ mentionem faciens, sequentia verba habet. “ These blotches usually disappeared in the parts where they were first seen, in a day or two ; afterwards appearing in another, and so on for many days ; nay, I have known them continue thus above a fortnight, and in a very few instances after all the symptoms were abated, and the disorders apparently gone off, I have seen a fresh crop of them with a reiteration of the former complaints.”\*

Quum aliquis angina, absque eruptione, plexus sit, ad febrem cum eruptione postea opportunum fore constat, cujus exemplum in dissertatione modo citata extat, quodque ipsius scriptoris verbis utens hic proferam. “ In a child the scarlet fever appeared without any angina, and having finished its course, left the patient in good health ; but in a few days a fever returned, without any eruption, but with a considerable degree of sore throat, and much pain, and swelling of the

\* Memoirs of the Medical Society of London ; Vol. I. Article xxxii. page 396



“ tonsils, and parotids, which likewise ran its  
 “ course as if the former symptoms had never  
 “ appeared.\*

Ipse morbi casum curavi, in quo eruptio admodum manifesta fuit, et universum corpus, si excipias extremitates, obduxit. In extremis inferioribus paululum infra genua, in superioribus aliquantulum supra ulnæ artus, desuit. Quæ res, contra quod fieri solet, accidit, quoniam eruptio coloris admodum vividi has partes plerumque occupat. Dr Withering exempli meminit, in quo efflorescentia coloris violas inter et nigritiem medii fuit, quod primum, utpote humorum ad putredinem proclivitatis indicium, plurimum periculi monstrare creditum est. Nulla tamen nota maligna secuta est, brevique convaluit æger.†

Efflorescentia ultra tertium quartumve diem non perstabat, quando statim desquamatione terminata est.

Si

\* Idem, page 413.

† Withering on the scarlet fever; page 112.

Si in signis morbi describendis nonnullis nimis prolixus videar, id diversis, quas induit, formis, variisque symptomatis, quæ plerumque sese obtulerunt, tribui debet. In symptomatum enumeratione quam tradidi, memoriae nusquam confusus sum, sed ex morbi historiis, ad ægrorum cubilia exaratis, ea desumpsi.

### DIAGNOSIS.

Quoniam Scarlatina anginosa plerumque mitis est, quantum patet, inflammatoriæ indolis, fit, verum interdum formam admodum malignam et putridam induat, certamen fuit inter medicos, num hæ ejusdem morbi varietates sint, necne? Una pars enim mitem morbi formam non ab eodem contagio, unde putrida et maligna, oriri; alteræ differentias in ullo casu non majores esse quam ea, quæ in cæteris morbis exanthematicis occurrerunt, contendunt. De hac re Huxham observat; “ In a word, the high inflammatory small pox, differ as much or more from the low  
 “ malignant



“ malignant kind, as the febris anginosa, from  
 “ the pestilential ulcerous fore throat.”\*

Hæc duas variolarum species revera tantum eundem esse morbum, ab ægri constitutione aliisque rebus variatum, hodie proculdubio confirmatum videtur.

Confiteor, duas ob causas adoptari merere eorum sententiam, qui Scarlatinam anginosam et Cynanchen malignam tantum ejusdem morbi varietates considerandas esse, existimant.

*1mo.* Plurima, quæ ipse vidi, morbi exempla, quæque a febris anginosæ contagio manifesto profecta sunt, eam morbi formam ab auctoribus descriptam, qui de cynanche maligna scripsisse creduntur, et revera ex professo scripserunt, omnino referebant. *2do.* Difficultas, imo impossibilitas, ullum inter eas discrimen demonstrandi. Nonnulla tamen argumenta, distinctos esse morbos suadentia, in medium prolata sunt; et affirmatum est hominem, quamvis cynanchen malignam semel perpeffus sit, contagio obnoxium morbo

\* Huxham on the ulcerous fore throat; page 244.

morbo iterum æque facile plecti, dum scarlatina anginosa homines tantum semel vita adoritur. Verum ea augmenta prægravet auctoritas Gregorii nostri, qui hanc sæpius in eodem homine accidere observavit.

Ipse quidem existimo cynanches malignæ accessionem iteratam adeo raram esse ut, quum revera accidat, ejusdem naturæ sit ac variolarum redintegratio; eosque, qui cynanchen malignam semel experti sunt, eidem iterum non magis opportunos, quam qui scarlatinam anginosam passi sunt, ad hanc magis proclives, esse. Et hanc opinionem tueor, quia nullum cynanches malignæ reditus exemplum bene confirmatum unquam audivi; atque certe si homo, contagio iterum obnoxius, morbo denuo plecti periclitaretur, nulla hujusmodi exemplorum inopia foret.

Dr Withering olim ex iis fuit qui talem distinctionem inter eas intercedere crediderunt, et ad rem comprobendam exempla cynanches malignæ redeuntis citavit. In secunda, vero, differ-



tationis de scarlatina editione, hanc opinionem recantat, ut ex verbis sequentibus patebit. “ But  
 “ to the best of my recollection, the cases  
 “ which I thought so much in point, were  
 “ cases of what was usually called a specked  
 “ throat; and, from later and more accurate  
 “ observations, made with a particular view to  
 “ the question, I have been convinced this kind  
 “ of secondary disease, viz. the specked throat,  
 “ does occur very frequently in those who have  
 “ suffered from the ulcerated sore throat; but  
 “ it is not infectious; and, except the sloughs  
 “ in the throat, it wants every other mark of  
 “ the disease.

“ The mucus membrane lining the throat,  
 “ is in many people, liable to larger, or smaller  
 “ specks or sloughs, very different in their na-  
 “ ture, from those which appear in the ulcer-  
 “ ated sore throat; but the injury which that  
 “ membrane sustains from that disease, is pro-  
 “ bably one of the predisposing causes; and,  
 “ under a strong predisposition, every catarrhal  
 “ affection seems sufficient to produce them.

“ After the devastation occasioned by the an-  
 “ gina gangrænosa in 1748, and for several suc-  
 “ ceeding years, the fauces were anxiously in-  
 “ spected, by the patient as well as by the  
 “ practitioner; and the first appearance of a  
 “ speck or a slough excited an alarm; bark,  
 “ Port wine, &c. were ordered, and the pa-  
 “ tients recovered, though not quite so soon  
 “ as they would have done, if these remedies  
 “ had been neglected” \*

Major pars exemplorum cynanches malignæ  
 morte terminatorum, quod in scarlatina angino-  
 sa minime frequens est, et diversæ curandi  
 methodi quas utraque postulat, morbos revera  
 distinctos esse, argumenta æstimantur. Sed ni  
 rationis similitudine insistendum est, discreta et  
 confluens variolarum species ejusdem morbi di-  
 versi æque jure haberentur. Magna enim ex-  
 emplorum proportio, ubi morbus formam con-  
 fluentem induit, in mortem definit; quamvis,  
 e contrario,

\* Withering on Scarlet Fever with Sore Throat,  
 page 7.



e contrario, quum morbus speciei discretæ sit, nil fere discriminis timendum; et methodus medendi in utraque forma adeo, et necessario, diversa est. Insuper his tamen affirmatum est, et argumentum non contemnendum videtur, anasarcam scarlatinæ anginosæ tam frequentem sequelam, a cynanche maligna vix unquam relinqui.

Hujus rationem forsitan reddunt, in cynanche maligna cutis calor minus intensus, eruptio non æque constans, et corpus summum plerumque humidum: dum, in scarlatina anginosa, cutis plerumque mirum in modum arida est, calor valde pungens, et anasarca fere pro certo leni diaphoresi excitata et aliquamdiu servata, arceri potest.

Igitur concludere nobis licet, hæcæ duas formas tantum ejusdem morbi varietates esse, quæ vel diversis ægrorum constitutionibus, vel ab aliquibus causis contagium aut augmentibus, aut magis virulentum reddentibus, variantur.

Anginam etiam lenissimam cum cynanche tonsillari confundi nequire existimo. Namque inter eas diagnosin manifesto indicaret vividus  
ruber

ruber color, præsertim autem peculiaris iste nitor, quem semper adeste animadverti: At quamvis, quum adeo mitis fit morbus, nullius fere momenti diagnosis haberi possit, neque ad medendi methodum spectet; interrogantes ægros ipsos aut adstantes num malum fit contagiosum, eos certiores facere de morbi natura medicum posse interdum oportet.

Inter morbos exanthematicos, præsertim autem initio distinguere, sæpe difficile est.

Morbillos a scarlatina distinguunt in illis anginae, in hac symptomatum catarrhalium, absentia; in morbillis eruptio magis perpetua et discreta, dum in scarlatina efflorescentia plerumque universon occupat corpus, etiam quando elevatur eruptionemque refert.

In quibusdam variolarum confluentium exemplis aliquantum dubii oriri potest: nempe, si quando adfit totius summi corporis rubedo, unacum pustulis parum eminentibus. Verum efflorescentia phlegmonodes, color minus vividus, presso epigastrio dolor, diagnosis inter morbos fati demonstrant.



Angina aphthosa, cui obnoxii sunt infantes, a scarlatina anginosa distinguenda est, aphthis in linguæ marginibus, labiis et gingivis, primum prodeuntibus; dum in scarlatina maculæ tonsillas, velum, uvulamque primum occupant.

Hunc morbum inter et cynanchen trachealem idiopathicam diagnosis vix necessaria est: etiam si enim faucium affectio ad tracheam propagetur, effectusque omnino similes edat, confundi cum se invicem vix possunt, quoniam trachæ affectio in tali exemplo nunquam primaria est, et solummodo in magis malignis scarlatinæ anginosæ casibus occurrit.

#### CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

Illæ admodum numerosæ sunt; quicquid enim debilitat, vel corporis vires frangit, huic morbo opportunos reddere dici potest. Hinc, manifestam ob causam, solummodo præcipuas earum, easque numero paucas, hic percurrere nobis videtur.

Inter

Inter has enumeranda sunt convalescentiæ status, victus tenuis et parcus, atque fordes; animi quoque pathemata, cujusmodi sunt mæror, et metus, &c. quorum actione corpus debile redditur, ideoque causæ excitantis vi obviam ire minus valet.

Juvenilis quoque ætas huic morbo homines magis proclives efficere videtur: hinc quam adulti, ei magis patent infantes. Porro feminæ, quam mares, ei magis sunt obnoxia, quod hinc magna ex parte pendere verifimile videtur, quia contagionis actioni sæpius expositæ sunt, dum infantibus, qui morbo laborabant, opem suam administrabant.

Mirum est, eos, qui ætatis admodum infantilis sunt, præsertim autem tempore, quum materno lacte nutriantur, morbo non æque patere. Solummodo unum hujusmodi exemplum videndi mihi opportunitas est oblata. Cujus rei, quamvis omnibus notæ, nulla adhuc ratio reddita est.

CAUSA



## CAUSA EXCITANS.

Causam scarlatinæ anginosæ excitantem contagionem esse, nemo, ut opinor, inficias ibit: sed quum ejus natura, et agendi modus, adhuc nos omnino lateant, de ea parum, aut nihil, dici potest.

## PROGNOSIS.

Hæc a forma, quam induit morbus, fauciumque conditione, multum pendet. Magnæ, fuscæ, vel subnigræ maculæ; spiritus admodum fætidus; colli tumor insignis externus, respiratio cita et laboriosa; signa maxime infauſta habenda sunt. Satis autem certum de morbi eventu infauſto judicium formare potest medicus solers, cura symptomatis quæ sequuntur, adhibita. Hæc sunt quædam fatuitas, non definienda verbis, quam exhibet ægri vultus; oculo-  
rum

rum nitor prorsus abolitus, leve miffitans delirium vel idem vehementiffimum ; celer, parvus, debilis, et inæqualis pulsus ; crebra diarrhœa ; et fi eodem tempore ægri fæcum alvinarum et urinae ftimulo parum afficiuntur.

Quum talia fymptomata occurrant, eventus infaufiffimus timendus eft. Verum quum maculæ in faucibus raræ fint, citoque decedant, et partes fubjectæ faciem benignam exhibeant ; quando cutis calor mitefcit, dum efflorefcentia pallidior fit, cuticulæ defquamatio univerfae accidit, et pulsus magis firmus et tardior evadit ; eventus felix jure expectandus eft.

Anafarca, quæ sæpe morbo fuccedit, periculo raro ftipatur ; fertur autem interdum, una cum œdemate generali, hydropem cerebrum afficere, unde proveniunt omnia hydrocephali fymptomata ; alias vero, propter aquam alicubi pectoris accumulata, hydrothoracis figna exoriuntur. Si quando igitur ullam harum affectionum fubeffe timendum eft, eventus aut infelix, aut non, erit,

pro



pro discriminis magnitudine in hisce morbis Idiopathicis.

### METHODUS MEDENDI.

In hoc morbo tractando duo medendi consilia observanda sunt.

1<sup>mo</sup>. Violentia symptomatum studium primum comitantium compescenda.

2<sup>do</sup>. Ad debilitatem proclivitati obviam eundum. Ut primum consilium impleatur, regimen antiphlogisticum, aëre frigido et calore externo evitatis, adhiberi debet.

*Sanguinis detractio.* Hoc remedium raro, si unquam, idoneum est, nisi in morbi exemplis ubi vaforum actio valida, æger admodum plethoricus, et magna faucium inflammatio, sunt; per raro autem iterum tentandum. Et exempla nimis sæpe occurrerunt in quibus, hoc remedio adhibito, omnia ægri symptomata statim graviora reddita sunt, morsque inde multum accelerata est.

*Vesicatoria.* Hæc quod attinet ; in ea morbi forma, ubi diathesis inflammatoria prævalere observatur, multumque faucium tumoris observatur, non parum commodi secum afferunt ; sed minime sunt æque efficacia in hoc morbo ac in cynanche tonsillari. Interdum quum morbus decessisse videatur, spirandi difficultas una cum dolore alicubi thoracis convalescenti molestiam creat. In tali casu ad vesicatoria, summa cum utilitatis spe, decurrere nobis licet.

*Emetica.* Eodem consilio, quo in typho, in primo morbi stadio usurpari possunt ; multaque morbi traduntur exempla, ubi, emeticorum ope, progressus ejus retardatus, vel multo mitior quam ex signis prægressis sperari potuisset, redditus est. Quando ingens nausea ægrum premit, nunquam omitti debent ; namque, ventriculo quovis foridum genere hanc gignente liberato, causam multæ irritationis febrilis aufertur.

Dr Withering\* tamen iteratum emeticorum usum studiose præcipit ; et in plerisque casibus,  
unam

\* Withering's Dissertation on the scarlet fever ; page 70.



unam dosin intra quadraginta quatuor horas ; in casibus, quos symptomata graviora comitantur, unam quotidie ; in iis autem pessimi moris duas, vel etiam tres, in die, præscribit ; omnibusque symptomatis urgentibus nunquam non levamen afferre contendit.

Quantum autem ipse unquam observare potui, emeticorum usum minime sequitur illud commo-  
di quod Dr Withering iis ascribit. In multis exemplis in initio boni effectus eorum administrationem manifesto subsequerentur, sed minime tales qui tantum in iis fiduciam reponere aliquem adducere debent.

*Purgantia.* In morbo, ubi jam existit ad diarrhœam perpendio, hujusmodi remediorum liberum usum commendare nobis non licet : si alvus autem tarda est, vel si adest diarrhœa, quam ab aliqua causa irritante in canali alimentario oriri probabile videtur, administranda laxantia mitissima, alvusque postea eorum usu, vel enematis emollientibus, laxa servanda. Verum in anasarca, quæ interdum sequitur curatione, ea  
purgantia

purgantia, quæ in morbo non symptomatice necessaria sunt, administranda.

*Diaphoretica.* Præcipue indicari videntur, cum a symptomatibus febrilibus in genere, tum a siccitate et pungente cutis calore: leni enim sudore servato, anasarcae et diarrhoeae obviamitur.

*Tepida Lavatio.* Ea interdum utilis reperitur, præsertim autem quando vehemens delirium adest, aut eruptio ad retrocedendum proclivis videtur; tum diversis corporis partibus lavetur æger, vel etiam mento tenus in balneum tepidum immergatur.

Dr Currie mentionem fecit duorum scarlatinae exemplorum, in quibus initio symptomatum, Dr Gerard ægris aquam frigidam affudit. In altero casu morbi progressus duabus levationibus, in altero tantum una, interceptus est. In neutro efflorescentia eruperat, et eo tempore tale periculum facere temerarium certe foret. Num hoc autem fieret recte, necne, experientia ampliori confirmandum est.



Secundum consilium, nempe, ad debilitatem proclivitati obviam ire, non minoris momenti est, et, magna ex parte, explendum est ea symptomata, quæ primum studium plerumque insigniunt, mitiora reddendo.

Interdum autem tanta debilitate stipatur morbus, etiam ab initio, ut ea merito summam medici attentionem sibi vindicet.

Verum enimvero in miti forma morbi, si signis primariis, quæ generis inflammatorii esse apparent, idoneis exinanitionibus et regimine, aliquid levaminis adlatum sit, fere nihil, nisi diæta satis nutriens, ægri vires sustentando requiritur.

Quum autem summa debilitas morbi ab initio sese manifestet, vel, ut sæpe usu venit, præcipuum symptomata sit, omniismodi exinanitiones vitandæ sunt. Diarrhœa, quæ eam comitatur, opiatis et astringentibus cohibenda, nisi ubi aliqua causa irritans in intestinis laxativi usum deposcit. Exhibenda cortex et vinum toties tantisque dosibus quantas morbi severitas requirere videatur. Elixir vitrioli, in nonnullis casibus, vi corticis antisepticæ

tisepticæ bene adjici æstimatur, et una cum singulis ejus dosibus ad gut. xx. administrari potest.

Sæpe tamen corticem, quomodocunque præparatum, ingerere infantibus persuadere, difficillimum est; vel faucium affectio adeo severa est ut æger eum forbere nequeat. In iis casibus decoctum ejus, enematis forma, identidem adhibendum est. Illustris Fothergill, observat;\* “ This has saved many when not a drop of any medicine, or any kind of nourishment could be swallowed.”

Gargarismata se cum commodum afferre possunt, quoniam acris materiae, vel viscidi muci, quem æger excreare nequit, collectioni occurrunt. Nonnunquam, ut in infantibus, in fauces, syringis ope ea injicere necessarium erit. Rosar. Rubr. infus. cui adjectum est acidi vitriolici vel muriatici pauxillum, usurpari debet. Sed caricari decoctum, cum acidi muriatici guttis paucis, huic præstare videtur.

Interdum autem, quum maculæ diutius man-  
eant,

\* Fothergill's Preface to the account of the ulcer'd sore throat.



eant, partesque sensibilitatem perdidisse videantur, gargarismata magis stimulantia requiruntur. In tali casu hocce gargarisma summa cum utilitate adhibitum observavi.

Spt. Salin: Aromat. ʒ iſs.

Aq. Font. ʒ iii. m.

Quum inflammatio desierit, maculæque decesserint, faucium internarum laxitas, non parvam raucedinem efficiens, interdum relinquitur. Quando hoc evenit, gargarismatis, quod supra citavi, usus ægro maximam utilitatem præbet.

FINIS.











DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

PHTHISI PULMONALI

QUAM

ANNUNTIANTE NUMMO NUMINE

EX AUSTRIACA REVERENDI ADMODUM VIRI

D. GEORGII BAIRD. S.S.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENSIS PRAELECTI

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO

JOSEPHO STEWART DOCTORIS

COMMISSAE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

ALIBI ET LEGITIME CONSEQUENDIS

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOSEPHUS KNIGHT CAREY

HIRERVAE

SOC. REG. MED. SOC. EXTRAORD.

NECNON

SOC. REG. PHYS. EDIN.

ET

S. M. M.

EDINBURGI

EXCUBERANT C. STEWART ET SOCIJ. ACADEMIAE TYPOGRAPHJ.

1800